



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De Epi. & alijs vsq[ue] ad Symbolu[m]. c. 19.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**C**In conclusione orationum hic modus seruatur. Si oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, *Per dominum nrm* &c. si ad filium *Qui uiuis & regnas cum deo patre*, si in principio orationis fiat mentio filii, concluditur, *Per eundem* si in fine orationis eius fiat mentio, *Qui tecum uiuit* si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, *In unitate eundem Spiritus sancti Deus* &c. Alia quoque in dicendis orationibus seruentur que superius in rubrica de commemorationibus dicta sunt.

**De epistola, Graduali, Allea, & Tractu, ac de Euangelio. c. 19.**

**P**ost ultimam orationem dicitur Epistola que finita, a ministro dicitur. **Deo gratias.** Post epistolam dicitur **Graduale** quod semper dicitur preterquam Tempore paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, ut dicitur in rubrica Sabbati in Albis. Post **Graduale** dicuntur duo **Alleluia** deinde **Versus**, & post versus, unum **Alleluia**. Tempore paschali quando non dicitur, **Graduale** dicitur aliud **Alleluia** post secundum **Versum**; & quando dicitur **Sequentia** non dicitur post ultimū **Versum**, sed post **Sequentiam**: A Septuagesima usque ad Sabbatum sanctum, non dicitur **Alleluia**: neque dicitur in missis de feria in Aduentu, Quatuor Temporibus, & Vigilijs que ieiunantur. exceptis Vigilia Natiuitatis Domini si venerit in Dominica, & Vigilia Pasche, & Pentecostes, ac quatuor Temporibus Pentecostes. Nec dicitur in festo Innocentium, nisi venerit in Dominica. A Septuagesima usque ad Pascha eius loco dicitur **Tractus**, qui **Tractus** pre dicto tempore in aliquibus ferijs non dicitur, neque etiam in ferijs a Septuagesima usque ad Quadragesimam quando repetitur missa Dominice. Dicto, **Graduali** seu, **Allea**, seu, **Tractu**, dicitur, **Euangelium**, Et in principio Euangelij dicitur, **Dñs vobiscum** &c. Et cum spiritu tuo, deinde, **Sequentia** **Sci Euangelij** **sm ih.** &c. **Gloria tibi dñe.** in fine Euangelij a ministris dicitur, **Laus tibi Chie.** Postea, si dicendum est, dicitur, **Credo**

**De Symbolo. Cap. 20.**

**S**ymbolum dicitur post Euangelium in omnibus Dñicis per annum, etiam si in illis fiat de festo in quo alias non dicitur. In tribus missis de Natiuitate Dñi, & deinceps usque ad octauam beati Joannis Apostoli inclusive. In Epiphania, & per octauam feria quinta in Cena Dñi. In Pasche Resurrectionis,

rectionis,